



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

26. Decembris. Omnia tua dicta, & facta in vulgus emanabunt, cogita ea, quæ in tenebris dixisti, in lucem proferenda. S. Ignat. in hist. Soc. I. 13. n. 55.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

26. Decembris.

Omnia tua dicta, & facta in vulgus emanabunt, cogita ea, quæ in tenebris dixisti, in lucem proferenda, S. Ignat. in hist. Soc. l. 13. n. 55.

LInceos habet oculos vulgus, nihil ei absconditum; ea, quæ remotos intra parietes sepulta credebantur, erumpunt tandem in publicum; nihil tam abstrusum, quò non rima aliqua oculis accessum cedat.

Quò nequit oculus, penetrat suspicio; quæ ubi semel invaluerit, non quiescit, sed, ut sagax odorem tam diu sectatur canis, dum prædam teneat; ità humani acumen ingenii irrequietum scrutatur omnia, donec secreta resciat.

Defossam in terram semen sepelitur quidem, sed ad tempus; quo brevè exacto, sensim sinè sensu, prodit seges; ità quæ amici pectore, velut agro, altissimè, tutissimèque credis recondita, in apricum protrudentur.

Ama, ut osurus; & dum amaris, puta,
odio

odiote olim prosequendum; ita te, & tuas
fidas amico, ut nocere non possit, licet
velit. Quò vehementior est amor, tantò
citiùs in cinerem deficit, & affectui immoderato paria succedunt odia:

27. Decembris.

Nimium cauti in rebus divinis raro magna, atque heroica aggrediuntur: his namque manum non applicat, qui minutam quamlibet difficultatem, quae occurrere posset, formidat. S. Ign. apud Nolar. c. ult.

Qui ventos attendit, nec navigat, nec unquam seminat; quid fortè periculi, quid occurrere difficultatis possit? si scrupulosè metuas, nulla te unquam ad audendum aliquid inducet resolutio.

Parvuli sunt, quos quævis facilè terret umbra; quibus ætas, & virtus adulta, iis pectus contra difficultates magis est firmum. Sæpiùs opinio, quàm difficultas nos ab agendis revocat. Semper accincti, nunquam inchoamus.

Fortè periculum quod tantopere metuimus, nunquam eveniet; cur sumus ante causam miseri? qui felices esse possumus,

R 4

si